31.

Rhombus autem, quæ ę-quilatera, ſed rectangula non eſt.

32.

Rhomboides verò, quæ aduerſa & latera, & angulos habens inter ſe æquales, neque æquilatera eſt, neque rectangula.

33.

Præter has autem, reliquæ quadrilateræ figuræ, trapezia appellentur.

34.

Parallele rectæ lineæ ſunt, quæ cùm in eodem ſint plano & ex vtraque parte in infinitum producantur, in neutram ſibi mutuò incidunt.

35.

Parallelogrammum eſt figura, quadrilatera, cuius bina apposita latera ſunt parallela, ſeu æqui diſtantia.